

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Eilhard Lubin

**D. Valentini Schachthii, Theologi in Ecclesia & Academia Rostochiensi  
meritißimi, Elogium, Parentationis Vice Publice Recitatum In Academia  
Rostochiensi**

Rostochii: Litteris Reusnerianis, 1607

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743315X>

Druck    Freier  Zugang



Lubinus, E.,  
in

**V a l e n t i n   S c h a c h t.**

Rost. 1607.

34



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn77743315X/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743315X/phys_0002)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn77743315X/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743315X/phys_0003)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn77743315X/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743315X/phys_0004)

DFG

*D. VALENTINI SCHACHTHII,*  
*Theologi in Ecclesia & Academiâ Rosto-*  
*chiensi meritissimi,*

**ELOGIUM,**

**PARENTATIONIS**  
VICE PVBLICE RECL-  
TATUM  
IN  
**ACADEMIA ROSTOCHIENSI,**

*ab*

**EILHARDO LVBINO, S. Th.**  
Doctore, & Professore, in *eâdem*,  
publico.



**ROSTOCHII,**  
Litteris Reusnerianis. An. 1607.

**V**era animi Pietas nullo fucata veneno,  
Christi nixa Crucis solius alma Fides,  
Non tam ope verborum, quam rerum pondere pollens,  
Digna viro morum & judicij gravitas,  
Et veri justiq; tenax Constantia, & ille,  
Ille animi infractus Candor, & Integritas,  
Ille ille, heu! nostræ Flos atq; medulla Rhodanthæ,  
SCHACHTIUS, heu! noster SCHACHTIUS occubuit.  
**V**os quibus est Pietas, quorum præcordia cingit  
Non ferrum triplex, aut adamas geminus;  
Fundite nunc lacrumas, & cœlo intendite palmas,  
Nempe Dei extensa est Dextra, flagrumq; quatit.  
Collegæ meo, imò Patri desideratissimo  
*en μυχῶν καρδίας dolens faciebam,*

E. Lubinus.



Amplissimis & Prudentissimis viris  
**CONSVLIBVS ET SE-**  
NATORIBVS INCLYTÆ REIPV-  
BLICAE ROSTOCHIENSIS, DOMI-  
nis meis colendis, S.

**O**NGO tempore à prisca & primâ usq; antiquitate usitatâ consuetudine receptum, & ad nos usq; deductum est, Amplissimi & prudentissimi viri, ut viris summis ac præcipuis, & doctrinâ, pietate, virtute, & præclaris in mortales meritis præstantissimis, publicis laudum Elogijs, & Elogijs solemnibus post mortem Iusta persolvantur. Laudandus ille mos, & gravissimis de causis prudenti majorum consilio potissimum introductus, ut magnis ac præstantibus viris, sua virtutis, eruditio- nis, & recte factorum ac præclarè meritorum à gratâ posteritate primum quasi & merces rependeretur; Et alij justis hujasmodi laudum præconijs ad consimiles per vita innocentiam & integritatem, per q; virtutem & præclaras studia, at q; insignia in homines merita, laudes promerendas justâ & nunquam satis laudandâ ambitione invitarentur & sollicitarentur. Ut enim aliorum ob turpia facinora viceperijs & paenitquotquot non prorsus improba & objecta nota homines sumissi, per movemur, & à consimilibus facinoribus deterremur: ita justis aliorum laudibus recta ingenia, & celsiores generosioresq; animos, ad virtutem, eruditio- nem, & præclaras facta, quibus alij suarum laudum Elogia quæsiverunt &

A 2

inve-

invenerunt, accendi & inflammari notio est, quām ut exponere  
merestar. Talia elogia & honores quasi posthumū, quibus defunctorum laudes publicē solemniter ḡ deantantur, si quibus unquam in h̄c Academiā jure meritoq; tributi & persoluti fuerunt; inter illos minimē postremus fuit D. Valentinus Schachtius, Sacrosancta Theologia in h̄c Academiā & Ecclesiā Rostochiensi Professor & Pastor, & prioris Doctrina & Religionis adserter sincerissimus, vigilanssimus, & constantissimus. De cuius eruditione, virtute, integritate, sinceritate, constantiā, ingenuitate, & reliquiā, (quibus in homine Theologo hisce prasertim seculis nihil rarū, nihil praelarius,) quo minus plura ad vos verba faciam, ingenuo pudore revocatus impediō; non tām eo, quod ista de quibus dico, h̄c mēē declamatione delibare conatus sim, quām quod non ignorem, me ad illos verba facere, qui non solum omnia hac mecum norunt plenissimē, sed longē, his plura, majora, & meliora alia. Non desunt enim in amplissimo vestro ordine, qui praelarum hunc virum à toto illo tempore familiariter norunt, quo ille per quadraginta duos annos & amplius in h̄c Ecclesiā & Academiā Iesum Christum docuit prædicavit & professus est, eo Zelo, ardore, fiduciā, dicendi libertate, & constantiā, qua non potest non in genuinum Christi ministrum & discipulum cadere, & veros pastores à fugitivis mercenarijs discernere. De quibus omnibus cum universus amplissimus ordo vester liquidissimē & locupletissimē restari posse, ego plura verba facere superseedeo. Cum vero dispergerem, quemnam hujus mei libelli Patronum potissimum deligerem, cui h̄c declamatiuncula inscriberetur; nemo occurrit, cui illa merito magis majori q; jure deberetur, quām vobis viri amplissimi & prudentissimi. Quippe quibus non à me solum merito vestro tale quid jamdudum debebatur, & jamdudum etiam solutum foret, si honesta mea voluntati facultas par fuisset: Verum etiam quibus meritissimus & gravissimus ille


Theolo-

gus, cui Elogium hāc posthumā mēa oratione parare cona-  
us sum, post DEVM, in Ecclesiā & Academiā hāc tot annos fidelis-  
simē inservivit, & non uno meritorum genere devinctus & ob-  
ligatus fuit. Ceterum ut defuncti ejus conjugem ac liberos mastif-  
simos, quem vivum amāstis, & merito suo magnificisti, vestrā cu-  
rā, tutelā, ac patrocinio benignè suscipiatis, & quam vivo exhi-  
buistis benevolentiam & beneficentiam, illam in reluctā viauā ac  
liberis continuetis, si à vobis peterem & prolixè centenderem, me  
ipso judice parum frontis habere mihi viderer, Cum longè rectius  
ipſi sciatis, quid hic vobis fecisse dignus sit, id ī indies benigne  
faciat, & porrō ultrō facturi sitis Deum eternum patrem Serva-  
toris nostri Iesu Christi toro pectore oro, ut huic Academia & Ec-  
clesia sue de viro pio, gravi, constanti, docto, pacis & concordie  
amante paternē & clementer prospiciat, quem in defuncti locum  
cum bono, emolumento, atq; adificatione Ecclesie & Academie  
hujus sufficere possitis, & vos amplissimos prudentissimosq; viros  
spiritu prudentiae sua gubernet, ut diu feliciter ac salubriter Rem-  
publ. hanc gubernetis. Benē & feliciter valete, & qualemq;  
hanc benevoli animi mei significationem boni consalite. Rosto-  
chij, ipso die Matthei, quā olim pax & concordia huic Vrbi ante  
annos 34. DEI beneficio restituta, quam idem faciat perpetuam,  
Anno 1607.

V. Amp. & Prud.

Observantissimus

Eilhardus Lubinus D.



A 3

DECA-

DECANVS  
COLLEGII THEOLOGICI IN ACA-  
DEMIA ROSTOCHIENSIS,  
LVCAS BACMEISTERVS L. F. S. THEOL.  
D. & Professor.

**T** si juvenum virorum, quos præclaris à Deo donis or-  
natos cernimus, obitus immaturi, non exiguum damnum  
Ecclesijs & Rebus pub. inferre videntur: dubium tamen  
nemini esse potest, quin gravior aliqua calamitas.  
Ecclesiæ præsertim, immaneat, ubi iij morte abripiuntur,  
quorum felici gubernatione, & salutaribus consilijs, recta doctrina,  
& pijs precibus, Ecclesiæ & Republicæ multo tempore in tranquil-  
lo & incolumi statu permanserunt. Prævidit hoc jam tūm Eliseus  
Propheta; eoq; nomine Ecclesiæ metuens Israëliticæ, erexit sibi  
in turbine, curru & equis igneis, magistro & præceptore suo Eliâ,  
viro auctoritate, annis, & zelo domus DEI maximè conspicuo, voce  
lachrymabili exclamat: *Pater mi, currus & equites Israël.* Significare  
scilicet Sanctissimus vir verbis hisce voluit, præcipuo suo præsidio  
terreno, Ecclesiam istam, adeoq; se orbatum esse. Ut enim currus  
bellici, & equites, veteraii imprimis, fortissimū castris suppeditant  
præsidium: quibus occupatis aut fugatis, debellatum propemo-  
dum esse videtur: ita quoq; Ecclesia suo nudata non immerito dicitur  
præsidio, Diaboliq; exposita incursionibus, ubi hujusmodi priva-  
tur Doctoribus, qui annos complures in militiâ Christianâ variarū  
ærumnarum, tentationum, contemptus mundi, aliorumq; casuum,  
quos conditio isthac facit, agit quotidie plurimos, exercitati,  
dum vivunt, iram DEI precibus non tantum suis tanquam muro vali-  
dissimo avertunt & sustinent, ne in Ecclesiam & Rempublicam mul-  
tiplicibus calamitatibus inundet atq; irruat: sed & pro ejusdem sa-  
lute excubias agunt, vi verbi divini hæreticos seu canes latrantes &  
lupos rapaces ab ovili Christi arcent, illudq; circumspetè & pru-  
denter regere, & ubi res postulat, consilijs maturioribus eidem sub-  
venire nōnunt. Atq; huc respiciens Eliseus, istam, quam dixi, Thren-  
ologiam, plenā justi pijq; doloris effudit. Sublatis enim senioribus  
*καὶ θεληφόροις ἀνδράσι, πον* leyes tempestates secutas esse, historia-  
rum mo-

monumenta testantur. Atq; utinam nos quoq; communis illa  
experientia non tangat! Nihil nunc dicam de statu politico , quid-  
nam illi proximis annis acciderit. Quæ calamitas ordinem nostrum  
Theologicum denudò nuper invaserit, notius omnibus est, quam ut  
repetitione prolixa indigeat. Vix facultas nostra Theologica aliquo  
modo resurgere & respirare à magnorum illorum D. DAVIDIS  
**CHYTRÆI**, D. DAVIDIS LOBECHII, D. IOH. FREDERI  
morte videbatur , Cam ecce D. VALENTINVS SCHACHTIVS  
inopinatò hosce subsequitur ; eo morbo, quo id minimè futurum  
sperabamus; eo tempore, quo illius consilio & opera vel maximè in-  
digebamus. Erat enim in viro illo, magna ingenij, judicijq; dexte-  
ritas : summa apud omnes omnium ordinum auctoritas : quam vi-  
te innocentiā, morum suavitate, & zelo tempestivo, mirum in mo-  
dum iudies augebat. Hincq; adeo factum, ut sive Academia labora-  
ret, sive in Reverendo Ministerij conventu graviora negotia traçā-  
da occurrerent, SCHACHTII, sepius per ætatis incommoda absen-  
tis, judicium, sententiaq; ab omnibus expeteretur. Et quamvis na-  
tura acre ei judicium concederat, illud ipsum tamen non junior tan-  
tum, sed jam senex assiduo studio, & imprimis lectione Tomorum  
D. Lutheri confirmare annitebatur, quos se annis aliquot proximis  
à capite ad calcem legendō absolvisse, nobis aliquando in facultatis  
nostræ conventu retulit. Unde & de cōtroversijs rebusq; alijs Theo-  
logicis accuratissimè judicare potuit. Sed nec pro veritate doctrinæ  
cælestis publicis certare scriptis cessavit: nihil curans maledicam  
Studiosorum VVitebergeniū Calvinosequarum linguam & cala-  
mum; quem gladio Spiritus & verbi divini aggreditus, ita confregit,  
ut quod contra mutarent adversarij non invenirent. Tali itaq; ac  
tanto doctore cum orbati simus, decebit utiq; memoriam ejus, quā-  
cum in nobis est, ab obliuione vindicare: & consideratione virtu-  
tum & industriæ ipsius, nosmet ipsos ad pietatem, fidem, constanti-  
am & alias virtutes excitare: idq; præcepto Epistolæ ad Hebraeos  
cap. 13. quæ vult, ut memores simus præpositorum nostrorum, qui  
nobis locuti sunt verbum DEI, quorū intuentes exitum conversa-  
tionis, fidem imitemur. Etsi verò in oratione funebri Germanica  
de SCHACHTIO nostro ita dictum sit, ut actum agere videatur,  
qui plura de eo verba facere velit: attamen cum facultatis quoq;

Theo-

Theologice & Cathedræ Academie is ornamentum fuerit sing-  
re: non indecorum fore putavimus, si ex hac quoq; justa ei perso-  
verentur. Id quod lubens in se recepit Reverendus & Clarissim  
Vir, Dn. D. EILHARDVS LVBINVS, Collega, affi-  
& Compater noster coleandus; & oratione insigni, SCHACH  
vitam & reliqua complexus est, quam erastino die hora 9. Solemni  
Academiz more publicè recitatib. Ad quam Audiendam, ut Ma-  
gisticus Dominus Rector, exteriq; Academie Professores, Docto-  
res, verbi divini Ministri, Magistri & Studiosi Iuueues, frequenter  
accedant, votaq; ad DEVM Opt. Max: fundant, ut in media ira  
sua misericordia suæ memor, vultu benigno nos respiciat, & facul-  
tatem Theologicam, juxta ac reliquas, in eaq; constitutos Docto-  
res, & seniores maximè, diu sospitet & conservet, Ego collegij no-  
stri nomine, qua decet & par est observantia amaster oro.

P. P. sub sigillo Collegij Theologici, die 9. Augu-  
sti, Anno Christi M. DC. VII.



ΣΤΝ



## S Y N Θ E Ω.

**R**OMANI veteres officia illa , quæ defunctis impendebantur , & quæ vel ad eorum exsequias coherestandas , vel ad illorum laudes decantandas quoquo modo referabantur , IVSTA solebant appellare , eo quod jure ac merito fierent , & justè impenderentur mortuis , qui vivi de illis , à quibus illa impendebatur p̄clarare fuerant meriti . Instum enim est bene de nobis meritis gratias rependere quibuscumq; possumus rationibus , cum homine ingratu nihil sit injustius .

Talia IVSTA ante hebdomadas aliquot persolvimus ingenti Academiae luctu & merore Reverendo & præstantissimo viro Theologo Dn. D. VALENTINO SCHACHTIO , collegæ , præceptori , pastoriq; nostro desideratissimo . Sed quod olim Imperator ille præceptoris suo AUFONIO gratias agenti pro maximis , quibus ab illo cumulatus erat , beneficijs , ingeniose respondebat , jure etiam hoc loco nobis usurpamus : *Solvisse nos quod debuimus , sed debere adhuc quod solvimus* . Ego imprimis cui ha-  
rentandi partes quamvis indigno , à Collegio nostro demandatae sunt , ingenuè fateor , si quid ingenij & eloquentie in me esset ( quod in me vel nullum , vel saltē perexiguum ) quo laudes viri hujus vivis , veris & justis suis coloribus depingi possent , omne & universum viro huic jure meritissimo deberi . Amisi enim optimum collegam & amicum . Addo vero & præceptorem , pa-  
storem , patronum , imò vero patrem . Quem quod tūm sincero veri hono-  
ris & amoris affectu coluerim , ut illud vitæ spatiū quale & quantumcunq;  
zandem est , quod ex DEI providentiā mihi adhuc vivendum restat , cum ipso  
dividi potuisse non semel exoptaverim : novit & testatur illa , quam nihil la-  
tet veritas . Quis enim bonus & Christianus detrectaverit illi *Cu[m]nob[us]...*  
*xay* , cum illo commori , cuius vita fuit Christus , cui mori fuit lucrum , qui  
in mundo hoc tanquam bonus Christi miles plurima adversa pertulit , & bo-  
num illud certamen decerit , cursum confundivavit , fidem servavit , & cui  
vicissim reposita est illa iustitiae corona , quam Dominus ille justus judex vi-  
vorum & mortuorum Iesus Christus , in novissimo die ipsi rependet : Et ut  
uno verbo dicam omnia : *Qui ille fuit , quales pleriq; videri volunt , qui ille  
vixit , quales viri optimi mori cupiunt , Et ille mortuus est , cum quo omnes  
ad vitam eternam in Christo resurgere exoptamus . Cujus viri laudes dum*

B

hoc ho-

hoe horæ spatio delibare conor, subiit illud, quod quidam de Carthaginè dicebat, Satius esse nihil quam parum dicere. Ego certe judico illas tales ac tantas esse, quarum iusta oratione vix primas lineas duxerim. Quod dum facio, vel facere saltem conor, vos Patres & Senatores Academici Magnifici, reverendi, amplissimi, & Clarissimi: Vos optimarum artium litterarum & facultatum sectatores, studiosi nobilissimi, ornatissimi & doctissimi, ut benevolos animos & attentas aures mihi indulgeatis reverenter & officiosè à vobis peto, & contendeo.

Non sum ignarus plerosq; qui summorum ac præstantium virorum elogia concinnare conantur, laudum suarum materias à genere, parentibus, proavis, & patria aucupari consuevisse. Verum non absurdè quivis sapiens mecum judicaverit, Nimis angustam & curtam laudum suarum supellectilem illum domi habere oportere, qui illam foris mutuari cogatur.

*Miserum est aliorum in eum bere fama,*

Dicebat Satyricus. Nec absurdè alter Poëta:

*Nam genus, & proavos, & quæ non fecimus ipsi*

*Vix ea nostra voco.* —

Ego vero dum integrissimo huic, & candidissimo seni, Elogium hoc, qualcunq; tandem possum, adorno, ut aliunde à genere, patria & parentibus laudum ejus adminicula petam & conquiram, tanto viro prorsus indignum judico. Imo verò ego patriæ & parentibus totiq; ejus generi contra ex hoc viro hanc laudem provenisse puto maximam, quod de tali cive & alumno iure merito gloriari & triumphare possit. Nimurum qui ita vixit ut patriæ & majoribus suis fuerit gloria & nominis initium, quibus ille exemplo virtutis & pietatis ita præluxit, ut si prius noti minus fuerint, ab illo acceperint memorie & dignitatem suæ principiū. Quamvis autem non negem eximium decus esse laudatus parentibus, & honesto loco natum esse, Longè tamen majus decus esse semper à viris sapientibus judicatum est, ita quenquam vixisse ut patria grata alumni sui recordatione exsultet, & laudabili æ justa ostentatione in ve. ba hæc erumpat: Hic meus est alumnus. Hunc ego genui. Tale erjam quid jure de se gloriari potest opidum illud ulterioris Pomeraniae ad Inum conditum STARGARDIA, quod præstantissimum hunc virum nascentem exceptit, Patre Matthæo Schacht, & matre Ursulâ Baumgarten, conjugibus & parentibus optimis, Anno post natum' mundo salvatorem millesimo, quingentesimo, quadragesimo, die Valentino sacro, unde & nomen ipsi fuit inditum.

Pater ejus Matthæus Schacht, vir honestissimus, & distæ urbis civis præcipuus, in hoc filio suo educando, & pietatem & honestatem à tenebris informando, optimi patris munere perfunditus est. Quippe in quibus ille nullis curis, nullis sumtibus pepercit. Primis pueritiae annis ipsum in Schola patriæ, deinde in Schola Magdeburgensi sub eruditissimis præceptoribus institui, & fundamenta virtutis ac pietatis, bonarum artium & linguarum, solidè

solidè jacere, & celsiori quasi ædificio superexstruendo præparari curat. In hisce ut optimus parens nullis impensis parcit, sic nihil in votis magis habet, quam ut accuratissimâ culturâ exsuscitarentur illa exactæ indolis, singularis tenuitatis, vividi ingenij, & optimæ naturæ semina, quæ vel in puerili illâ ætate præceptores non obscurè observabant, & quæ ex candidâ ingenuâ, & erectâ ejus fronte cuivis intuenti ultrò apparebant.

In hisce Scholis ubi linguarum artium ac litterarum, & cumprimis veræ pietatis, & Doctrinæ cœlestis solida fundamenta jecerat, anno ætatis sua vigesimo in hanc Academiam Rostochiensem venit. Vbi sub præstantissimis Theologis & Philosophis præceptoribus suis, (quorum unus adhuc in vivo amplissimus & consultissimus vir D. D. Bartholomæus Clingius, Academiæ hujus hoc tempore Rector Magnificus, collega & Patronus meus singularis, cui DEI clementia longissimam vitam, & firmam valetudinem ad plures annos indulgeat) Sub illis, inquam, præceptoribus in Sacrosanctæ Theologiae & sapientiae studijs insignes progressus fecit, & per quinquennium integrum audiendis lectionibus, & mox publicè legendò & privatim disputando gnaviter & alacriter se exercuit, & multorum studiosorum honestos conatus & præclara studia insigniter juvit, & omnium honorum in hac urbe & Academiâ benevolentiam favorem & amorem sibi conciliavit. Quippe qui eundis prodesse, nulli nocere, & de omnibus bene mereri unicè conatur. In primis gratissimus & carissimus fuit magno illi Chytrao, quem Germania sine pari habuit, Theologo, Philosopho, & Historico incomparabili, qui Schachtium nostrum propter exactam eruditioñem, & rarum inter homines candorem, & exploratam animi fidem & sinceritatem inter amicos suos primo loco habuit. Intercessit etjam ipsi in primis magna necessitudo, familiaritas, & amicitia minime fucata cum duobus viris verè Theologis Dn. M. Henrico Piperite, & M. Henrico Schinckio. De quibus Henricus Brucæus insignis ille Philosophus & Medicus in hac Academiâ solitus fuerat dicere: Illi duo Henrici sunt verè Theologi. Nimirum qui quæ pleriq; alij tantum dicunt & præcipiunt, vita, factis & moribus suis integerim exprimere studebant. Cum quibus duobus Schachtius hic noster tertius conjunctus virorum verè Theologorum & verorum amicorum sacram illam quasi trigam absolvebat: Cujus in familiari sermone sæpè recordari, & de quâ sibi seriò gratulari solebat.

Cum vero in Schachtio nostro deprehenderetur insigne animi robur & præstantia, & ingenium rebus gravioribus exercendis & tractandis dignum, & mens generosio, non solum ingenitâ suâ virtute à naturâ informata, verum etjam virtutis & pietatis studijs plenè ac planè imbuta, in quo omnes animadvertebant illud, quod Poëta in summa felicitatis parte aestimat:

Compositum jus fasq; animi, sanctosq; recessus

Menit & incoctum generoso pectus honesto.

Hisce de caussis adducti tūm temporis quatuor amplissimi hujus urbis consules

tales cum universo Senatu, Vrbi, Ecclesiæ & Academîe huic benè consul-  
tum, & de futero optimè prospectum cupientes, de illo in hac urbe, Ecclesiâ  
& Academiâ retinendo cogitare incepérunt. Initio igitur ipsum ad ministe-  
rium Ecclesiasticum legitimè vocatum in templo Divo Iacobo Sacro verbi  
DEI concionatorem constituerunt. Cui muneri cum aliquot annis ma-  
gnâ cum laude, dexteritate, auctoritate, & gravitate præfuisse, mox elapsâ  
quadiennio ad arduum ac sublime professionis Theologicæ munus à sena-  
tu unanimi omnium consensu vocatus est, anno ætatis sue vigesimo nono.  
Vtriq; muneri ac officio tâm Ecclesiastico, quâm Academico singulari cum  
industriâ, gravitate, dexteritate, & auctoritate, magnâ omnium bonorum  
cum laude, summo, multorum bonorum cum fructu, præfuit. Et quomodo  
in utraq; munere se gesserit, nemo opinor queret, nisi qui se novum admo-  
dum hujus urbis & Academîe hospitem profitetur. Certe officio suo Eccle-  
siastico ita functus & defunctus est, ut universa totius urbis Ecclesia funus  
ejus cum gemitu, suspirijs & lacrimis prosecuta sit, nihilq; in votis magis  
habuerit, quâm adeò vigilanti pastore, adeò sollicito monitore, adeò sincero  
doctore, adeò fideli ad vitam æternam ductore diutiis, imò verò diutissimè  
potuisse perfandi. Certe præproperum ejus & inexspectatum à nobis abitum  
& obitum cum vehementi animi consternatione turbati & attoniti omnes  
boni intelleximus: Et quo nisi quisquam nostrum ex animo commotus  
fuerit, illum nullo humanitatis sensu tangi oportet, imò omnem humanita-  
tis sensum exuisse, neq; quidquam ad se pertinere arbitrari, quo loco hæc Ec-  
clesia & Academia constituta sit, & prorsus in promiscuo habere, stetne illa,  
an cadat. Scilicet utriusq; ille columnâ fuit, & fulerum minimè fallax.  
Id quod utraq; citius forte, quâm speremus, magno suo damno ac detri-  
mento senserit. Hæc omnes nos qui adhuc vivimus liquido testari possumus,  
alij collegæ, pleriq; discipuli, omnes auditores ejus, qui cum publicè docen-  
tem, concionantem, perorantem, disputantem, & reliquas officij sui partes  
summâ cum fide peragentem coram vidimus & audivimus, & quæ ne ho-  
stes quidem negaverint. Cum summâ ac tali vîto dignâ gravitate, plero-  
phoriâ, & Parrhesiâ in utriusq; muneri sui partibus versabatur. Oratio ejus  
non strepebat verbis, sed vigebat rebus, Cujus candida, plana, sincera, simplex,  
& viro Theologo digna gravitas & brevitas plus ponderis & momenti habe-  
bat in recessu, quâm multorum otiosa & inanis garrulitas, quæ viget verbis,  
flacceat rebus, in recessu præstat, imò verò in fronte promittit. Sed meopte  
iudicio parum cordis aut frontis habere mihi videar, si illis exponendis diuti-  
us immorer, quæ inter nos omnibus & singulis longè sunt exp' oratissima,  
quæ ejus dicta, disputata & scripta publica testantur; quæ suggesta, columnæ,  
& fornices & parietes templorum voce repercussâ etiamnam quasi ingemi-  
nant; quæ pulpita & scaenæ collegiorum, in quibus per quadraginta duos  
annos Iesum Christum crucifixum docuit & professus est, sanctissimi illius  
sui præconis voce, sibi impressâ quasi, & repetitâ adhuc resonant.

Ceterum insignis ejus eruditio, & singularis gravitas, & virtus morumq;

integritate

integritas, animi candor & sinceritas, in rebus gerendis dexteritas, sollicitavit amplissimum hujus urbis senatum ut apud ipsum & gererum ejus, præstantissimum virum Theologum, D. Davidem Lobechium, instaret, ut post mortem magni illius Simonis Pauli, Theologi de Ecclesiâ Domini meritissimi, supremo in sacrosanctâ Theologiâ honorum gradu ornari se paterentur. Quo cum ægerimè admodum adduceretur, quippe à naturâ hujusmodi honorum præminentias aversatus, tandem tamen vietus honestæ ipsius voluntati locum reliquit, & anno elapsi sacerduli nonagesimo quarto, die 12. Septembris illos sæpiissimè oblatos, & haec tenus recusatos honores tandem admisit. Gener ejus D. David Lobechius, ante annos propemodum quatuor summo omnium cum bonorum maiore, desiderio & gemitu præproperâ morte huic Ecclesiæ & Academiæ eruptus, & in cœlestem Academiam translatus sacerdotum suum precessit. Quem Schachtius noster secutus jam & infectus, ab omnibus hujus vita curis & ærumnis solitus in Abrahæ gremio latus ac securus triumphat, & Christi sanguine adspersus & merito justus jam verè ut palma floret, quod loco Symboli ipse usurpare solebat. Constitutio corporis ejus optima fuit, oculorum acies etiam in senectute pœnè nihil aut parum hebetata, pulmōnum robur validum, laterum vires, quæ in docendo & concionando vel maximè requiruntur, integerimæ erant. Quæ utiq; longiorem ætatem, & firmiorem valetudinem ipsi pollicebantur. Sed quid tam validum est, quod non frangat & debilitet labor, cura, sollicitudo, ærumnæ cum arduo officio domi ac foris, intus & extra ingruentes? Notum est omnibus quantâ cū sedulitate, quām fideliter & sollicitè sanctus hic senex utriusq; officij sui partes obierit, quæ cum quibus laboribus & ærumnis coniunctæ sint, nemò satis unquam expenderit, nisi qui periculum fecerit. Nihil ipsi fortius, nihil prius fuit, quam publicè docendo studiosæ juventuti prodesse, publicè concionando Ecclesiæ DEI inservire. Et in utroq; dum gnaviter occupatur, tanquam fidelissimus operarius in vineâ Christi tandem laboribus fractus viribus defecit. Qui cum paucis diebus ante mortem à carissimâ conjugâ & liberis oraretur, ut sibi legendo & concionando in hac ingraescente ætate & ingruente infirmitate corporis, parceret: Imò vero, respondet ille, legam & concionabor dum vixerim, dum potero. Nempe viro bono & industrio otium pena erat. Notum autem est nobis omnibus quod die sextâ elapsi mensis Iunij, tertianâ febi corréptus, non destiterit, tamen postero die Dominico publicam, & illam quidem ultimam, ad Ecclesiam DEI concionem habere. Et quamvis die sequenti Paroxysmo febri reversuro tamen ad lectiones suas publicas reversus est; Et in Epistola Pauli ad Philippenses, verba illa: *Vita mibi Christus, mori mibi lucrum;* Et quæ sequuntur: *Cupio dissolvi & esse cum Christo,* (eo enim usq; per venerat) ultimâ suâ lectione non sine omnié jam jam instantis mortis interpretatus est, & ne in summâ quidem infirmitate jam morti proximus sibi vel tantillum indulgere, & ab officio suo vel tantillum remittere sustinuit. Nempe talis ejus vita exitus fuit, ut ejus ne gravissima quidem præcedens infirmi-

tas totum officij tūm fideliter texti, & jam propemodum feliciter pertexti potuit abrumpere! Optimè & felicissimè, imò beatissimè agi mecum putaverim, si vel in medio officij & vocationis meæ opere vitam clandere mihi continget. Milites beatos illos judicant, qui in conflitu mortui sunt; vel dum murum & vallum hostilis urbis per scalas ascendunt, & inde deturbati in fossâ expirant, locum illum quem sic corpore suo contegunt lectum honoris & gloriæ suæ appellare consueverunt, **hr. Lob vnd Ehrenbette.** Cujus autem recordia est, nos de nostrâ statione, nostrâ militiâ minus honeste sentire aut loqui? Felix, imò beatus ille servus est, quem Dominus veniens vigilans & officio suo incumbentem invenit. Nimirum quod Cæsar ille dicebat: Stantem mori Imperatorem decet, illud hic venerandus noster senior secutus & assecutus est. Quippe qui quamvis jam vitæ hujus adversitatibus, vocationis suæ laboribus, & jam senectutis suæ incommodis admodum debilitatus & jam propemodum fractus esset; in vocationis tamen suæ officijs concionando & docendo tūm diu erectus stetit, donec corporis infirmitas eum incurvaret, morbi inclemens inclinaret, mortis violentia eum lesto & mox terræ affligeret, & summus ille Imperator Deus, illum suum veteratum & emeritum jam militem rude donaret. Adeoq; quam rudem ille jamdudum ab universo Concilio toties jure ac merito sibi oblatam constanter recusavit, nec illam à quoquam alio, quam à D E O accipere sustinuit. Q vitæ felicissimum exitum, quemque pleriq; vix consequemur, juniores illi certe non meremur, quos non D E I & iustitiae amor, non juvandæ juvenitatis studium, sed pœnae ac legum metus, (quæ sancto huic & meritissimo, jamq; emerito seni jam dudum immunitatem indulserant) intra officij sui metas continet! Iam de reliquis vitæ & officijs ejus partibus, & de sollicitâ ejus curâ & sedulitate in familiâ suâ, & disciplinâ domesticâ si vel vigesimam partem hoc loco exponere animus mihi foret, vix integer hic dies declamatur mihi sufficerit. Illud inter cetera non memorandum solum, sed etiam vel maximè commendandum, quod privignas suas, M. Caspari Leunculi filias, cuius reliquam viduam uxorem duxit, non alio loco habuit, amavit, educavit, elocavit, quām si ex se prognatae fuissent. Quarum maiorem natu Catharinam reverendo & clarissimo viro Domino M. Ioachimo Reichio reverando jam seni, & Superintendenti Dioceſeos Suerinensis, Alteram Elisabetham itidem reverendo & præstantissimo viro Dn. Nicolao Dumrath Ecclesiæ Frantzburgensis in Pomeraniâ Pastori, matrimonio conjunxit. Quos generos suos viros optimos, quamvis filiabus propriis ex se natis matrimonio non junctos, non minus quam reliquos sincero veri amoris ac benevolentiae affectu prosecutus est.

Duo autem imprimis sunt, quæ in ipso à viris bonis observari, omnium bonorum interest. Quorum alterum illud est, quod illi cum omnibus Dei filiis in hac vitâ commune fuit, alterum quod illum ab hujus mundi filiis separavit & secrevit. Illud est, quod bonorum exercitia æruminæ & calamitates hujus sæculi, fores ejus frequenter pulsaverint; Hoc, quod in politicis hu-  
ius sæ-

reuli artibus, in quibus homines de mundo sua prudentia & felicitatis  
protam & puppim collocant, se puerum imò infans profetus sit. Vtrumq;  
ego deputo summæ D E I benignitatis, & supremæ felicitatis, & veri Christia-  
ni documentum minimè fallax. Ad illud quod attinet quæso mecum per-  
pendite, quanta illum calamitas exercuerit, quando dimidia sui parte per in-  
tegros 15. annos lecto affixus decubuit. De carissimâ ejus conjugi loquor,  
seminâ honestissimâ, cui ob diuturnam infirmitatem corporis afflictissimâ  
jam major addita est afflictio ex obitu hujus sancti senis, conjugis desidera-  
tissimi. Ceterum quanta sit calamitatis carissimam conjugem alteram sui  
partem ægrotam & lecto decubentem fovere, idq; non per aliquot dies, ali-  
quot hebdomadas, aliquot menses, sed per plurimos annos, illud non nisi qui  
periculum fecerunt nosse possunt, & egomet inter alia quæ percessus sum,  
minimè ejus sum ignarus. Illud etiam mecum æstimate, quā altissimum  
cordi ejus infistum sit vulnus, dum generum sum D. D. Davidem Lobechij  
um prater omnium opinionem & suam exspectationem tam præpropere  
eruptum amisit. Lobechium dico, Theologum præstantissimum, in quo sibi  
& suis magnum aliquod præsidium collocatum esse jure arbitrabatur, &  
qui si vixisset peculiare aliquid huic Academia, imò toti Ecclesiæ D E I pol-  
licebatur. Non dico de imbecillimâ corporis ejus valetudine, quā ultimis vi-  
tae annis ægrè admodum incedebat. Nimirum qua non solum tot labo-  
rū & æruminarū immensa serie debilitata erat, sed etiam gravi corporis lapsu  
propemodum fracta & penitus enervata, dum munus suum sacrum obiturus  
templum ingreditur, & super sepulcrale saxum pluviali aquâ madidum &  
lubricatum vehementi corporis ruinâ sternitur, & corporis sui vigore & ro-  
bore magnâ sui parte privatur. Non memoro alias graviores calamitates,  
quas virille in vitâ suâ exantlavit, quibus D E V S illum tanquam carissi-  
mum filium sibi preparavit, & similem imagini filii sui reddidit, qui si os in  
haec vitâ aliter non tractat. Quem cum aliquando inviserem post mortem  
præstantis illius Theologi D. Lobechij generi sui: Deus inquit, iterum  
ostendit mihi, D E O S alienos non esse adorandos. Innuens Deum e cpto  
genero tale præsidium sibi abstulisse, in quo mortales pro humanâ infirmitate  
plus saepe, quam par est præsidij collocant. Mox suspiriis ex imò corde de-  
ductis & lacrimis obortis: Talis haec tenus, inquit, mea vita est, ut vel mil-  
lies in ea mortuus fuerim. Benè cum illis agitur, qui ita huic vitæ huic mun-  
do moriuntur, & quanto saepius, tanto melius! O felices illos, & D E O ca-  
riores, quorum vita talis est! Nunquid enim Schachtium nostrum D E O  
minus carum, minus gratum suisse arbitrabimur, quod illum aliquanto seve-  
rius hujus vitæ æruminis tractari & exerceri permiserit? Toto profecto ex eo  
erraverimus. Nonne sacris litteris edocti novimus bonis omnia cooperari in  
bonum, etiam adversa, etiam mala, imò verò etiam peccata & vitia ipsa?  
Vnde nimirum lapsi suam imbecillitatem agnoscere, ardenter Deum pre-  
cari, & D E O constantius & tenacius adhærere discunt. Nimirum boni  
omnia in bonum convertunt, in suum colorem trahunt, in suum siccum &  
sangu-

sanguinem permutant. Et hæc inter alia ratiō est, eur D E V S illōs hū  
modi adversis exerceri permittat. Pater familias dum vernis & nequam ser-  
vis indulget, filios suos severissimā disciplinā constringit & coēret. Videmus  
in vītā domesticā longē aliter patres, aliter mātres filiis suis indulgere. Illi  
maturē filios suos excitari jubent ad obeunda studia, ad vigilandum, ad labo-  
randum, etjam diebus feriatis vix illos otio frui permittunt, & interdum illis  
fudorem, interdum etjam lacrumas excutiunt. At mātres foyere illos in sinu  
volunt, continere in umbrā, molli lepto sulciri, nunquam flere, nunquam la-  
borare, sed otio & mollitie torpescere. Paternum habet Deus erga viros bo-  
nos filios suos animum, & quem diligit hunc castigat, hunc exerceat, hunc ca-  
rū sibi filium effingit, & æternā vitā præparat, & reddit illum alijs docu-  
menta sidei, alijs constantiæ, alijs verò tolerantiae. Certè nihil est infelicius  
illo viro, qui in hoc mundo nunquam fuit infelix, nihil miserius illo, qui hīc  
nunquam fuit miser, cui nihil adversi unquam contigit, qui sine omni animi  
morsu vitam transegit, tanquam in profundo somno aut caro. Neque enim  
talis unquam seriō de D E O cogitavit, seriō D E V M invocavit. Apagēsis  
talem virum. Sanè nondum usq; adeo in possessionem humani generis se  
penetrarunt hujus vitia & delitiæ, ut cui vel tantillū boni sanguinis reli-  
quum sit, ille in electione sortis datā hæsitaturus sit, & dubitaturus: Satiusne  
sit Schachtium aliquem nasci & vivere, quam vitijs & voluptatibus hujus  
sæculi fractūm, mollem aliquem & effeminatum semivirum, divitem Poly-  
eratrem aut epulonem, qui nullum calamitatis genus unquam sit expertus, &  
semper fuerit, ut cum Senecā loquar, mare mortuum. O quām benē cum il-  
lis agitur, quos Deus per salutares illas ærumnas ab hujus mundi delitijs lon-  
gissimè removet, hoc est, proximè sibi admovet. Huc accedit quod quidquid  
patimur, mérito nostro patiamur, cum nulla calamitas, nulla poena hujus  
vite finibus circumscripta sufficiat abolendis & compensandis vel minimis  
illis, opinione hominum, peccatis, in quibus & nati sumus, & quæ ipsi per-  
petravimus. Nimirum ærumnae hujus vitæ remedia sunt, quibus optimus  
ille & maximus animorum medicus Deus nos à vitijs ac delicijs corporeis  
quasi expurgat, & à mundo avocans ad se revocat. Et quid mirum? Ter-  
renus Pater, qui tamen malus est, filium suum periculose laborantem vel  
igne, vel ferro, vel fame, vel siti curandum medico permittit: Et patitur illi  
vel illa ossa radi, vel membra illa amputari, quæ sine totius corporis pernicie  
hærere non poterant. Quis interim iudicaverit illum filio suo iratum esse,  
aut malè velle? Eodem modo cælestis ille omnium nostrūm pater, ab alijs  
suis filiis dexterum oculum, ab alijs pedem, hoc est, ab alijs opes, ab alijs ho-  
nores, ab alijs amicos, patronos, parentes, & alia mundana præsidia auferri  
permittit, sine quibus ille nos perfectā sanitate frui, hoc est, sibi D E O recte  
adhærere non posse novit.

Lacedæmonij filios suos quorum vel indolem explorabant, vel quos  
ad bella & vulnera, & alia mala in vītā humāna perferenda præparabant, soli-  
ti fuerunt ad aram Orthiæ Dianaæ deducere, ibiq; publicè ad modis flagris ita  
sæpe

sæpè lacerare, ut ubertim ex ipsorum corporibus sanguis disflueret, multi etiam  
inde morentur. Quæ omnia illi filij sine ullo doloris signo constantissimè  
perserebant. Quod quo quisq; fecerat constantior, hoc habebatur fortior, &  
sublimiorib; belli muneribus dignior. Et hinc nata est invicta illa & vicinis  
formidabilis Spartanorum virtus & fortitudo. Tantum nempe potuit humana  
prudentia, humana institutio, humana industria, & ad patientiam & fortitudi-  
nem præparatio. Humana, inquit, & hominum malorum. Quo ergo animo  
illum erga suos adfæctū esse arbitrabimur, qui solus bonus est, ino bonitas ipsa,  
si nos, qui mali sumus, hæc possamus? Sic est. Deus in suis hanc rationem se-  
quitur, quam in filiis patres, qui quos diligunt hos castigant, quos odio habent  
illos sibi permittunt & indulget, quæ poena est longè certissima. Deus in suis hanc  
rationē sequitur, quā in discipulis præceptores, qui plus laboris illis imponūt, plus  
operis ab illis exigunt, in quibus certior spes est, & quos ad majora destinarunt.  
Filij Dei in hoc mundo semper cū adversis colluctantur, cū quibus quo səpiùs cō-  
grediuntur, hoc fortiores, & Deo propiores recedunt. Proris ut arbores non sunt  
solidæ, aut fortes, nisi in quas frequens ventus incurset. Ipsa enim vexatione con-  
stringuntur, ut altiū, tenaciū & certiū in terrā radices suas figant. Ita etiā DEI fi-  
lii, quo səvioribus Diaboli & mundi tempestatis exponūt, hoc ardentes ad  
Deū preces dirigunt, hoc pleniori gradu, & incitatione cursu ad Deum feruntur,  
hoc cōstantiū & tenaciū DEO rādīcib; suis adfixi adherent. Adeoq; quod im-  
perator in exercitu, hoc facit rex regū & Dominus dominantiū, sub cuius vexillo  
quotquot DEI filii sumus, stipendia meremur, in hoc bello quod cōtra Diabolum  
& mundū semper in mundo geritur. Ubi filij DEI & quotcunq; DEO sunt cario-  
res semper excubias agunt etiam cū vulnerib; obligatis & nondū solidatis, sem-  
per stant in armis, semper laborant, semper pugnant, cum Diabolo, cum mundo,  
cum hominibus, etiam cum amicis & fratrib;is, ino vero etiā cum seipsis. Cum  
interim hujus sæculi filios ignavum otium & desidiam molles & inertes habeat. Ni-  
mirū ut ignis aurū probat, sic miseria Dei filios. Quibus licet multa accident tri-  
stia, adversa, dura, & aspera, illa tamen omnia DEVIS illis emollit & cōplanat, &  
per invia eijā viam ipsis sternit per angustā illam cæli portam, quām Christus Ie-  
sus cruce sua præcedens nobis aperuit. Et hoc est illud quod Stoicus ille dicebat:  
Nullū est spectaculum D E O dignius, quām vir bonus cum malā fortunā cōpo-  
sitū. Tale scilicet spectaculum, tale certamen & duellū etiam SCHACHTIVS  
noster D E O gratissimum exhibuit, dum multis duris & asperis objectus, nullis  
autem fractus, tandem D E I auxilio viator evasit, jamq; de omnibus adversis læ-  
tus triumphat. Hoc est illud, quod D. Paulus Apostolus Timotheo suo inquit:  
Σὺ δὲ κανονίζεσθαι τὸ σεπτέμβριον Ιησοῦς Χριστός. Tu igitur perfer mala, ut  
bonus miles Iesu Christi. Talis etiam bonus Iesu Christi miles extitit hic  
Schachtius noster, qui Christo duce per multa dura & aspera angustias illas  
porta cælestis tetigit & superavit. Hæc autem cum multis hujus vitæ adversita-  
tibus lucta ipsum solidum ac plenum Theologum reddidit, non verbalem, sed re-  
alem, non Theoricum sed Præticum, non umbratilem, sed experimentalem,

C

non ls.

non levis armaturae tyronem, sed veteranum Christi Iesu militem. Haec enim tentatio cum oratione & meditatione conjuncta illa est, quae verum Theologum perficit & absolvit.

Transeo jam ad alterum illud de quo paucis dicere milii proposuerant, quod & ipsum indubitam filiorum D E I notam in se continet. Simplicem animi reconstitudinem & cädidam sinceritatem dico, nullo hujus saeculi fuso vitatam, Cujus nomine etiam hostes, imò vero invidia & malitia ipsa, velit, nolit, non potest non S C H A C H T I V M nostrum commendare. Et haec est illa Virtus, quam mundus cum filiis suis pro pudendo virtutem habet, & ab illa alienissimus esse studer, & cujus possessores tanquam stupidos bardos & maccos naso suspendit & ridiculos habet, Ego vero singularem à D E O datam virtutem, & Schachatio nostro, tanquam vero Theologo cum primis dignam fuisse judico. Non loquor de agresti aliquâ simplicitate aut inurbanâ stupiditate ac ruditate in conversatione cum hominibus in communî vitâ. A qua, si ullus alius inter mortales, Schachtius noster fuit alienissimus. Cujus singularem in conversatione urbanitatem & festivitatem cum singulari gravitate conjunctam, nulli nostrum ignoratam, omnes admirati sumus & amavimus: Sed loquor de illa simplicitate, quæ malarum hujus saeculi attium insolens ignorabat se rebus mundanis ad se non pertinentibus immiscere, practicare, alias artificiosè circumscribere, omnia ex sua suorumq; utilitate estimare, in suâ existimatione & re familiari augendâ pire ingeniosum esse, fronte hilarâ, corde tristi esse, adeoq; aliud dicere, aliud cogitare & machinari, posse deniq; simulare & dissimulare. Quam virtutem & artem mundanae vita restricem hujus saeculi filij Politicem scilicet vocant, rem improbam specioso & honesto nomine indignissimè occultantes. Quæ Politica, ut novo & indigno nomine venditatur, mundi imperatrix nostra potissimum saeculo imperij, vel potius tyrannidis suæ terminos longe lateq; extredit, etiam sape ad illos, qui nihil præter Christum crucifixum scire debebât, certè passim dominatur & graflatur. Ab hac autem quo homo est remotio, hoc utiq; DEO est vicinior & propinquior. Hanc Schachtius noster in soli um ignoravit, quod ipsum ego in ipso laudem & virtutem deputo fuisse maximam. Certè Talis Politicus non fuit Paulus, qui dicebat: Si ego adhuc hominibus placere Christi servus non essem. Item, Nihil novi præter Iesum Christum & illum crucifixum. Hunc unum si sciamus, sat habemus, etiamsi hominibus mundanis artes suas relinquamus. Cum hac autem nihil magis convenit verae religioni & pietati, quam luci cum tenebris, Christo cum Belial. Cum enim Christus inquit, Pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat do vobis, ostendit suam pacem, nempe pacem cum D E O, pacem cum proximo, pacem cum suâ cuiusq; conscientia, filiis hujus mundi non dari. At qualem pacem querunt hujus saeculi filij? Nempe pacem non D E I, sed mundi, pacem in suis honoribus, divitijs, delitijs, voluptatibus & rerum mundanarum copiâ & affluentia. Qui in religionis negotio etiam ad Politicam suam pertinere arbitrantur, si se Samaritis similes gerant, qui rebus Iudeorum misericordia & afflictis negabant se Iudeorum cognatos esse; & contra cum serenior quædam fortuna Iudeis affulseret, confestim in illorum societatem iruebant.

ruebant. Sic etiam Politici in fidei & Religionis negotio eò se inclinant, quò se fortuna, cū qua fortuna stant & cadunt, hoc est, Religio stet aut cadat in promiscuo habent, & parum ad se pertinere arbitrabuntur. At quibusnam illos similes dicemus? Certe tales, ut nunc vocantur, Politicus erat Pilatus, qui postquam Iesum in manus Iudeorum tradidisset, illorumq; libidini indulsisset, postea manus coram populo abluebat, & innocens esse volebat. Qui tamen non obscurè malebat Iesum è medio tollere, quam Cæsar amicus esse desinere. Certe iusmodi Politicus erat Simon ille Magus, qui munera Spiritus Sancti exiguā pecunia emta, maximā rursus volebat vendere, & per ea amissam gloriam & autoritatem in populo recuperare. Certe talis Politicus erat Iudas, qui Christo prodito, & cum discipulis reliquis, ut sperabat, perituro, solus in summo honore & gratiâ, & satis lautâ parte apud principes sacerdotum esse cupiebat. Anne dubitas ingruentibus Ecclesia periculis tales, si quis argenteos illis constitueret Christum prodere, imò vendere paratos esse, & dicturos: Quid vultis mihi dare? Contra veri verbi DEI præcones & Christi imitatores Eliæ Thesbytæ & Iohanni Baptista similes vitam quam veritatē malunt deserere. At verò mundani illi, qui Christum & veritatem venalem habent, vicissim cum sponsus Christus extremo mundi die intrans viderit illos veris suis confessoribus mixtos sine nuptiali ueste sedentes, illisq; dixerit, amice, quomodo huc intrastis? obmutescet. Et tūm verum illud esse deprehendetur, quod Salvator noster dicebat: Filius hominis cum venerit, putasne inveniet fidem in terrâ? Nimirum inveniet homines vel Ethnicos qui Christum ignorant, vel Iudeos qui Christum blasphemant, vel Turcas qui Christum reculant, vel Hæreticos qui à Christo alias abducunt: vel deniq; Christianos Politicos omnibus hisce nequiores, qui Christum, quem profitentur tradere, prodere, imò vendere parati essent. Horum autem multitudo minimè est exigua, & forte tanta, ut si Pilato, Simoni Mago & Iudæ similes ab illis qui Thesbytæ aut Baptista Zelum & Spiritu habent in Ecclesiâ separarentur, vix centesima pars relinqueretur. Pateret hoc si aliquis optimi Cæsaris Constantij similis imperator aliquando postliminio in mundo resurgeret. Audite historiam memorabilem. Ille cum Augustus declaratus imperium suum jam firmasset, fidem intiomorum suorum erga se amicorum exploraturus, cum Christianissimus imperator esset, simulato Ethnicismo omnibus domesticis ad se vocatis denunciavit, illos qui abjurata religione Christianâ Dijs gentium sacrificare vellent, apud se obtentuos locum & honorem pristinum. Quiverò id recusarent properè ex aula suâ iussit facessere, & proripere, & insuper gratias agere, quod violentius quid in illos non statuisset. Hic cum plurimi Pilato & Simoni Mago & Iudæ similes sacrificarent, pauci Eliæ aut Baptista fidem & constantiam imitati, aulam, imò vitam quam fidem mallent deserere, hos paucos apud se retinuit, & ad magnos honores evexit. Reliquos inclemensissime ex aula suâ expulit, dicens: illos sibi mundano regi nunquam fidem illam præstuturos, quam regi cælorum violarent. Memorabilius adhuc est, quod de Theodorico, rege Africano, qui veneno Ariæ secte infectus erat, proditum legitimus. Habebat hic ministrum quandam Catholicum admodum sibi carum. Qui ut regi suo carior adhuc evaderet, Politicus

rum agere cœpit, & regi suo renunciat: Se Arianum fieri paratum esse. Quo fa-  
eto rex turbatus cum capitis supplicio affici jubet, dicens: Si Deo tuo fidem nō  
servasti, quomodo illam mihi servabis homini? Et tales omnes sunt Pistorij,  
Acidalij, Scioppij, Langij, & horum similes innumeri alij, qui mundanis opibus  
ac honoribus sollicitati, quotidie à Christo ad Antichristum transfugiunt. Quis  
autem & qualis Schachtius noster fuerit, ne ipsi quidem hostes interrogati dissem-  
bulare ausint. Vir si quis alias constans, sincerus, candidus, & rigidus verita-  
tis, justitiae, honestatis, & veræ fidei ac religionis adsertor, & abjuratus hostis  
Hæreseos Iesuiticæ & Calvinianæ. Calvinianæ, cui ne totius quidem mundi op-  
ibus ac honoribus propensis adduci potuisset, ut æquior esset factus. Quia de re  
verè ego testari possum, qui illo confessionario, uti vocant, usus sum, cū ab invidis  
& malevolis in Calvinismi suspicionem indignissimè, iniquissimè, & innocentis-  
simè traducerer. Schachtium verò nostrum cum ac antiquis inter Romanos vi-  
ris fortibus & constantibus cogitationem suscipio, Catoni similem fuisse judico,  
quo ob Morum gravitatem, Justitiae amorem, Menthis constantiam, & animi sin-  
ceritatem minimè fucatam nemo fuit laudator. Cum de Apostolis ac discipu-  
lis Christi cogito, Divo Petro comparare soleo, cum quo animi magnitudine, fi-  
dei constantia, veritatis amore, ardore & Zelo inter reliquos nemo erat compa-  
randus. Nempe Schachtius noster frontem cum lingua, linguiam cum animo,  
animum cum utroq; adeoq; dicta cum factis, vitam cum verbis conformem &  
conspirantem habebat; Qui à veritate, honestate & rectâ animi sententia &  
proposito, nullo favore, nullâ gratiâ, nullo ullius personæ respectu, nullâ  
ullius utilitatis ac damni consideratione fe dimoveri unquam passus est; Para-  
tior quidvis perdere potius, quam rectam animi mentem & bonam conscienti-  
am. Vestram fidem testimoni voce, vestram conscientiam convenio, qui illum per  
tot annos vel in Concilio collegam, vel in facultate aſſessorum, vel in pulpitâ  
præceptorem, vel in suggerito doctorem & verbi D E I præconem, & animarum  
vestrarum pastorem, vel in vitâ & conversatione notum & familiarem habuistiſ,  
vidistiſ, audiſtiſ, experti eſtiſ: Vestram, inquam, fidem & conscientiam convenio,  
Ecquid unquam in Schachtij nostri vel dictis, vel factis obſervasti, quod homi-  
nem mundanum, hominem Politicum, hominem simulatorem, & suā utilitate  
omnia metientem resipuerit. Sua ille tractabat candidè & sincere, res autem  
civiles, quas libenter & laudabiliter ignorabat, & ad se nō pertinere arbitrabatur,  
illis relinquebat, qui illas profitentur, & quibus illæ ſunt, ut dicebant Græci  
ζων & Ψυχή. Quæ verò verbo Dei edoctus ſciebat justitiae, veritati & æquitati  
consentanea, illa tam firmiter tam conſtanter tenebat, ut citius Herculi ſuam  
clavam excuſeris, quam illum inde vel latum unguem dimovere potueris. Et  
haec tam rara, tam pretiosa in homine Theologo, candoris & Constantiae virtus  
cum profundâ & exactâ Sacrosancta Theologie cognitione, insigni eruditione,  
præclarâ linguarum intelligentia, & exquisitâ controversialium cum adversarijs  
& hostibus Ecclesiæ dijudicatione, & ceteris, quæ in homine Theologo requi-  
ſuntur, coniuncta erant. In controversijs Theologicis quid ille potuifet, si vo-  
lueret.

huius, testantur illa quæ ab ipso scriptorum suorum monumenta relicta quotidie in manibus tenimus. Quæ profecto monstrant facultatem illi minime defuisse, illumq; potuisse illa, quæ multi cum non possant volunt tamen. In quibus tamen ille fuit parcior, sive quia ab omni ambitione à naturâ esset alienissimus, sive quod hujusmodi scriptis Ecclesiam D E I parum juvari, parum ædificari quotidiana experientia edoctus, indies observaret. Interim ubi Ecclesiæ utilitas, & rei necessitas tale quid exigebat, sibi & publico Ecclesiæ bono non debeat. Hujus tanti viri à nobis abitu & obitu quo dæmo hæc urbs, hæc Academia, hæc Ecclesia affecta, quæ clade adficta sit, illud suo tempore, & citius forte quam quisquam nostrum speraverit, experiemur. Experiemur autem ubi atræ illæ nubes, quæ jam puriori caelo Germanico imminentes, undiq; à meridie, à septentrione, ab ortu, & occasu in nos incumbunt, horrendis tempestatibus ac procellis jam gravidæ, & vicine jam partui, suas hæreses & falsas doctrinas, inq; purâ religione deformationes, tanquam pluviam & grandinem in nos defundent. Credite mihi, credite, Tempesta illa jam est in proximo. Hic nimur Chytreos, Chemnitios, Simones, Heshusios, Hunnios, Rungios, Gesneros, Mylios, Schachthios, & reliquos illos, quos fati inclemens intra annos proximos paucissimos nobis eripuit, ferò & frustra cibimus, & quanto illorum obitu præsidio bonoq; privati simus demum intelligemus, cum amissimus illos, quorum antea copiam habuimus.

*Hic sumus orbati. Quotus altâ hæc mente reponens  
Temperet à lacruminis &*

Et eo quidem impensis, quo Ecclesia D E I nostro hoc ultimo mundi tempore, loco & conditione est iniquiori. De cujus instanti & jam jam ingrueat calamitate paucula verba facturus, & declamatiunculam hanc conclusurus, Vnde exordiar, & cuinam Ecclesiam D E I comparē dubius sum, & aqua mihi hæret.

De optimo illo rege Iudeæ Ezechia legimus, quod cum Sennacherib turbinis Hierosolymam gravi obsidione premeret, & Rabsaces & Thartan horrendas blasphemias in Deum Israëlis eructarent, lamentabilis voce ejularit, dicens: Dies tribulationis, intrepationis & blasphemiae dies ille. Venerunt filii usq; ad partum, & non habet vires parturiens. Illud hoc tempore de statu Ecclesiæ miserabili vere pronunciari potest. Vbi Ecclesia infinitis calamitatibus, ærumnis & malis culpæ pariter & poenæ grava, salutem & liberationem suam parturire, seq; ab ærumnis suis expedire nititur, sed vires, quæ quotannis, imo vero quotidie ipsi subtrahuntur, non habet. Quis vehementior dolor esse potest, quam foeminae parturientis, quæ inter medios nixus viribus defecta, & ærumnis fracta tandem liquefit, & vitalem spiritum inter anxiferos dolorum vertices, ut cum Poëta loquar, exhalat. Sanè nihilo tolerabiliores Ecclesiæ ærumnæ sunt. Nimur quæ jam centum propemodum annis parturit, & se à crescentibus intestinis in medio utero suo malis expedire anxiæ anhelat, sed sensim fracta liquefit & contabescit. Haec tenus illa inde à tempore per D. Lutherum, electum illud D E I organum, reformatæ Religionis in partu suo semper laborat, & labore suo nunquam

defungitur, semper nititus, & nunquam enititur, nec ærumnas suas superare, nec ab ærumnis suis liberari potest. Nos qui viam veræ salutis in Christo novimus, & sinceram Religionem agnoscimus & profitemur, si cum alijs confaramur, qui vel DEVM male colunt, vel etiam prorsus ignorant, vix centesima in mundo pars sumus. Nos tanquam exigua cymba in vasto pelago vndiq; cingimur & infestamur, non tam ab illis, qui verum DEVM prorsus ignorant, quam ab illis qui se veram, imò solam DEI Ecclesiam esse mentiuntur. Nonne potentissimus ille Romanus Antichristus exiguum hanc Ecclesiæ Dei urbem velut olim Sennacherib Hierosolymam immenso exercitu circumdat, & per Iesuitas suos tanquam Rabsacen quendam superbissimè & insolentissimè Christo pastori, & ex quo ejus gregi insultans in verbum DEI & Christi ejus contumeliosa & blasphemica verba passim eructat? Nimirum filij venerantisq; ad partum, & non habent vires parturiens: Quippe cui pariendi vires indies subtrahuntur. Nonne illa uno ferme tempore duobus præstantissimis viris orbata est, Mylio & Schachtio? Atque utinam justè irati DEI flagrum ingratæ suæ Ecclesiæ humeris intensum ja tandem aliquando inhiberetur, neq; ulterius sevius & inclemensius grassari inciperet! Certè nos graviori poenâ & calamitate nō sumus indigni. Quippe quos verbi DEI iam insolentius fastidium & satietas coepit, quam ludæos olim in deserto vel coturnicum, vel etiam Mannæ illius cælitùs delapsi cibi. Et miserè profecto metuendum, ne lux illa Evangelij à DEO per Divum Lutherum ante ceterum propemodum annos in his regionibus accensa, citius forte apud nos extinguitur, quam spatum illud centum annorum, sacerduli jam currentis revolutum finiatur, si mundi machina tandem superfutura est. Nos utinam vani! Sed quis bonus eadem non mecum extinescit? Hieronymus de suo tempore dicebat: Barbari fortes fiunt nostris vitijs: Illud de nobis justius fortè usurpabimus. Certè nos non ita vivimus, non ita agimus, ut quotannis, imò indies ab hostibus nostris atteri & supplantari non mereamur. Omnis adversariorum nostrorum & imprimis pestilentissimorum illorum Iesuitarum ferocia per intestina nostra vitia & mala indies gliscit. De quibus malis ut jam nihil dicam: Illud quæso mecum perpende. Quidnam futuro sæculo putas portendere, quod jam ut infinita alia prætercam pleriq; qui sacræ Theologia operam dant, de Fidei & religionis controversijs prius disputare incipiunt, quam in fide, & religione Christianâ ipsi recte informati sint, quam sacra Biblia evolverint, imò vero quam illa sibi comparaverint? Quidnam futuro sæculo putas portendere, quod pleriq; Theologia studiosi jam abjectis & neglectis Biblij, quæ sola doctrinam de DEO recte proponunt, sola falsas doctrinas & haereses sufficienter refutant, sola ad vitam æternam semitam in Christo Iesu sternunt & pandunt jam in fidei ac Religionis Christianæ mysterijs Platonem, Aristotelem & reliquos extra Christum Philosophos veritates magistros testes citant & appellant, & jam Thomam, Scotum, & reliquas Scholasticorum præstigias rursus amare incipiunt, & hostibus nostris Antichristianis latissimam viam sternunt Academias & Ecclesiæ nostræ rursus invadendi & occupandi. Notum est quanto studio initio renascentis Evangelij Scholasticorum illæ tricæ & tenebræ a purioris doctrinæ vindicibus, & verae Religionis adsertoribus, è studiosorum manibus excussæ,

& ab

& ab Ecclesijs & Academijs nostris longè profligatae sint. Ut pote quibus tenebris dominantibus lux illa Evangelij accendi minimè poterat. Pessimè illi agunt, & male illos perdet ac perdat D E V S, qui Thomæ & Scoti tenebras pestes illas lucis Evangelij & omnis bona literaturæ profligatrices, huic & alijs Academijs rursus invehunt. Vix credibile est, quantum mali hinc nobis immineat. Nihil jam dicam de intestinis nostris rixis & contentionibus, quibus miserrima illa parturiens D E I Ecclesia tanquam internis malis excarnificata miserrimè & perieulosissimè languet. Ecce autem innumeri hostes à fronte, à tergo, à dextrâ, à sinistrâ nobis quotidiè imminent, nos superbè provocant, nobis petulanter insultant, nos insolenter tantum non pedibus calcare incipiunt: Nos interim in gremio, & meditullio uteri miserrimæ parturientis Ecclesiæ matris nostræ instar Esavi & Iacobi invicem nos calcamus, & quos hostes inter nos quærimus, & non invenimus illos ultrò nobis ipsimet accerfimus, ipsimet facimus. Cumq; adversarij nostri Calviniani & Antichristiani hoc indies lubentes & ultrò faciant, nostris teatis ipsi candelas & faces admovemus. Iam in Ecclesiæ agro tot Zizanij; jam undiq; feraci & feroci

*Infelix lolium & tristes dominantur avenæ,*  
cum interim frugiferæ & salutares herbæ, & centuplum fructum producentes segetes indies in illo marcescant & extirpentur. Quid? quod Theologiae studium jam exit in negotiationem, in nundinationem, quo alij honores, alij opes auctupantur. Quæ nisi propositæ sint vix Theologia amplius sui studiosum invenerit. Circa hæc occupantur Ecclesiæ Doctores, propter hæc tumultuantur, propter hæc bella gerunt etiam civilia. Pietas in plerisq; nostrum aliud nihil est, quam vitiorum pallium, adeò ut si cui ad animorum nostrorum abdita illa adyla pertingere liceret, utiq; deprehenderet nullam inter nos sectam numerosiorem esse, quam Epicuri. O quanta inter nos multitudo Diagoræ & Theodori Cyrenæ simillimum! Qui cum Zeno Stoicus preponeret, Irām, adfectum D E O indignum, in DEVM non cadere; & Epicurus assumeret, DEVM quia irā non tangatur, nec mala punire, nec bona remunerari: Illi proclivè admodū concludebant, Ergo DEVS non est. Èdēm conclusione plerique in Ecclesiâ DEI, etiam Theologi impietatis & aliorum rei peragimur. Qui si ausimus cōtradicere ad nostram vitâ, nostra dictâ, nostra scripta, nostra facta provoco, ex quibus fructibus quales arbores sumus agnoscimur. Certè nō ita inter nos vivimus aut agimus, quasi versum corâ oculis omnia intuentis DEI, qui omnium nostrorum operū arbiter sit, & remunerator, ulti, iudex & vindictifatus sit. Hæc & consimilia Christianū peccatum & homo pius cum gemitu & suspirijs intueri potest, corrigeri nō potest. Et nemo potest nisi ille gloriose suo adventu, qui hædos ab agnis, lupos ab ovibus, malos à bonis, in æternum postmodum non rursus permiscendos planissimè separabit. Qualia cum videret, perpendebat, & doleret sanctus ille senex, cuius felicem memoriam hodierno die recolimus, qui si ullus alter in urbe hâc, erat

*μυστῶν πόρος.*

Scilicet uni eque pietati atq; ejus amicis;  
Sæpius illum in hæc verba identidem proclamantem audiyi: Ich habe nicht lust

**lust mehr zu leben / ich dankte Gott daß mein ende so nahe ist.** Cum in  
jusmodi malis, omnibus illis, qui cupiunt Christiane in hoc mundo vivere, ne  
bis colluctandum erit, quamdiu in hac circa desudamus, in hoc stadio curr-  
mus, in hac Christi militia in acie stamus. Benè cum illo agitur, qui Schachtij  
nostrí vestigia secutus, nec verbi D E I gladium, nec precationis telum, nec fidei  
clypeum abicit, sed constans ac fidelis Christi miles ad finem usq; perseverat.  
Sed de Ecclesiæ D E I miseriâ in hac extremi hujus mundi sæculi impietate,  
paucula hac dixisse sufficiat pro hujus temporis brevitate; pro rei indignitate  
satis nunquam dici potest. In quibus tot ac tantis malis ultimum hoc Ecclesiæ  
D E I afflictissima relictum est, ut precibus suis coeli fores indies pulset & cla-  
met: Veni, Iesu Christe, veni, & hisce malis tandem adventu tuo finem impone.

Dixi paucula de plurimis, minima de maximis, qua pro ingenij mei tenui-  
tate, & temporis brevitate potui, non quæ pro eruditio, virtute, pietate, & me-  
ritis in hanc urbem, Ecclesiam & Academiam, Schachtij nostri debui. Schachtij  
nostrí, cuius memoria erit in benedictione quam diu haec Academia durabit:  
imò verò quam diu vera D E I Ecclesia in mundo supererit. Schachtij nostri, per  
meditationem, orationem, & tentationem, inter varia hujus mundi adversa con-  
summati, exercitati, practici, & experimentalis Theologi, & militis Iesu Christi  
veterani, cuius vel umbra plus valuit, quam tyronis, aut junioris ejusq; hasta  
aut gladius. Schachtij nostri, viri gravis, cordati, candidi, ingenui, sinceri, &  
ar-  
tium hujus sæculi insolentis, cui frons ingenua, lingua plana, & mens aperta  
erat, ut scilicet ingenuum verbi D E I præconem, & sincerum Iesu Christi disci-  
pulum possis agnoscere. Schachtij nostri, in quo dubiâ palma certabat, doctri-  
na cum pietate, animi candor cum eruditio, cum sinceritate morum gravitas,  
cum experientia mundi, mundi contemptus, cum rerum usu mundanarum rerum  
neglectio & rerum cœlestium dilectio. Adeoq; Schachtij nostri cani & cari illius  
capitis, & candidi illius pectoris, cuius obitu quisquis non commoveretur, ille  
adversus seipsum testimonium dieit, hominis minimè boni; deq; Ecclesiæ D E I  
ejusq; salute parum solliciti. Ad me quod spectat, ego beati illius viri, non amici,  
non collegæ, sed præceptoris, sed patroni, sed patris mei desideratissimi memori-  
am gratâ mente recolam, ejusq; cum benedictione memor ero, donec ero, vivam  
& moriar. In quo adfectu vos plerosq; omnes mecum conspirare confido.

Deum patrem Domini nostri Iesu Christi, toto pectorे oro, ne lucē purissimi  
verbi sui accensam apud nos patiati extingui; ut flagrum illud ira suæ nostris  
cervicibus, & universæ Germaniæ imminentia clementer dignetur inhibere. Vt re-  
verendos & præstantes viros seniores hujus & aliarum Academiarum, quibus  
tanquam fulcris Ecclesiæ & Academias suas inter nos adhuc sustentat, diutissi-  
mè superstites & incolumes consevet; Vt in defunctorum locum idoneos, gra-  
ves & constates viros, pacis & concordie amantes clementer substituat; adeoq;  
suum inter nos ovile tanquam supremus pastor clementer tucatur, & lupos ac  
yulges ad nos irruptionem parantes potenter arrebat, & longelateq; à no-  
bis profliget. Cui uni & soli laus & gloria in æterna sæculo.

¶¶¶  
sum sæcula, Amen.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn77743315X/phys\\_0029](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743315X/phys_0029)





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn77743315X/phys\\_0030](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743315X/phys_0030)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn77743315X/phys\\_0031](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77743315X/phys_0031)


DFG



& lib. Ecclesijs & Academijs nostris longè pro  
bris dominantibus lux illa Evangelij accendi i  
& male illos perdet ac perdat D E V S, qui Th  
lucis Evangelij & omnis bona litteraturæ pr  
mijs rursus invehunt. Vix credibile est, quantu  
bil jam dicam de intestinis nostris rixis & cont  
parturiens D E I Ecclesia tanquam internis ma  
rieulostimè languet. Ecce autem innumeris h  
sinistrâ nobis quotidî imminent, nos superbè  
sultant, nos insolenter tantum non pedibus c  
grémio, & meditullio uteri miserrimæ parturie  
Esavi & Iacobi invicem nos calcamus, & quos  
invenimus illos ultrò nobis ipsimet accessimus  
farij nostri Calviniani & Antichristiani hoc in  
stris testis ipsi candelas & facies admovemus.  
jam undiq; feraci & feroci

*Infelix lolium & tristes dominantes*  
cum interim frugiferæ & salutares herbae, &  
segetes indies in illo marcescant & extirpentur  
um jam exit in negotiationem, in nundinatio  
aupantanur. Quæ nisi propositæ sint vix The  
venerit. Circa hæc occupantur Ecclesiæ Doct  
propter hæc bella gerunt etiam civilia. Pietas i  
quam vitiorum pallium, adèò ut si cui ad anima  
la pertingere liceret, utiq; deprehenderet nullar  
esse, quam Epicuri. O quanta inter nos multi  
næ simillium! Qui cum Zeno Stoicus præpo  
dignum, in DEV M non cadere, & Epicurus aff  
gatur, nec mala punire, nec bona remunerari: Illi  
Ergo DEV S non est. Èdem conclusione plerie  
logi impietatis & ab eo tñlos rei peragimur. Qui  
vitæ, nostra dicta, nostra scripta, nostra facta pr  
arbores simus agnoscimur. Certè nō ita inter n  
semur corā oculis omnia intuentis DEI, qui or  
& remunerator, ultior, judex & vindictifus futurus  
pectus & homo pius cum genitu & suspiciois in  
nemo potest nisi ille glorioso suo adventu, qu  
malos à bonis, in aeternum postmodum non r  
parabit. Qualia cum videret, p̄p̄enderet, & d  
licem memoriam hodierno die recolimus, q  
μιστονύμος.

*Scilicet uni aequus pietati atq; ejus*  
Sæpius illum in hæc verba identidem proclam



pote quibus tene  
Pessimè illi agūt,  
nebras pestes illas  
& alijs Acad  
eis immincat. Ni  
us miserrima illa  
miserrimè & pe  
ergo, à dextriâ, à  
bis petulanter in  
: Nos interim in  
tris nostræ instar  
quarimus, & non  
s. Cumq; adver  
ultrò faciant, no  
agro tot Zizanijs

um producentes  
Theologiae studi  
nores, alij opes  
sui studiosum in  
ec tumultuantur,  
m aliud nihil est,  
a abdita illa ady  
n numerosiorem

Theodori Cyre  
ectum D E O in  
quia irâ non tan  
lū concludebant,  
EI, etiam Theo  
icere ad nostram  
fructibus quales  
gimus, quasi ver  
operū arbiter sit,  
imilia Christianū  
gere nō potest. Et  
lupos ab ovibus,  
los planissimè se  
senex, cuius se  
n urbe hæc, erat

Ich habe nicht  
lust

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 100